



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Liber XLIV. Præceptum Tertium de Communione annua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)




LIBER XLIV.
PRÆCEPTVM TERTIVM
DE COMMVNIONE ANNUA.

TERTIVM Ecclesia præceptum est annua in Paschate Communionio. Nonnulla generatim de Communionione indicabo. Vm præcepti expendam. Ubinam sit implendum, aperiam. Aliaque ad materiam attinentia enodabo.



SECTIO PRIMA.

De Præcepto annua Communionis Receptiores sine pugna Sententia.



CAPVT I.

Plura generatim circa Sacram
Communionem præmitto.

¹
Communionio
Sacra non
est necessa-
ria necessi-
tate medij.



COMMVNIO Sacra, seu Sacrae Eucharistiae sumptio proprie loquendo, non est hominibus necessaria necessitate medij ad salutem. Quia duo tantum sunt Sacramenta, quae personis singularibus necessaria sunt, ut salutem consequantur aeternam, nempe Baptismus pro omnibus, & Pœnitentia pro lapsis in lethale piaculum post Baptismum. D. Thom. 3. part. q. 65. articul. 4. Suar. de Eucharist. d. 40. sect. 2. concl. 3. Diana p. 5. tr. 13. resolut. 28.

²
Necessaria tate præcepti diuini nõ tantum in mortis articulo per modum viatici, sed etiam ante illius periculi instantiam: nec semel dumtaxat, sed saepius in vita, ut patet ex Christi Domini verbis Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Quia instituta est per modum spiritualis alimenti, quod, sicut, & corporale, saepius est in vita sumendum. Hoc autem præceptum diuinum non obligat, nisi quando decenter ac reuerenter sumi Eucharistia potest. Tempora verò, quibus per se obligat hoc præceptum diuinum, non possunt definiti, sed prudentis arbitrio relinquenda definitio est. Nam quod aliqui distitant, esse obligationem, quoties vehemens vrget tentatio, talis obligatio erit per acci-

dens, hic autem agitur de obligatione per se, excluso omni extrinseco obligante. Scio, aliquem dixisse, hoc præceptum obligare saltem tertio, vel quarto anno; sed non conuincit; quia posset quis intra id tempus probabiliter existimare, se nullo modo obligari ad hoc Sacramentum suscipiendum. Quo in casu non posset de mortali damnari: Sylui. in 1. part. qu. 80. art. 11. questio. 1. conclus. 1. & 2. Becan. de Sacram. c. 2. q. 4. n. 2. Layman. l. 5. tr. 4. c. 5. n. 2. Fagund. præc. 3. l. 1. c. 3. n. 4. Suar. de Euch. d. 69. sectio. 3.

³
Quando nullum probabile periculum mortis, vel diuturna phrenesis infirmo videtur imminere, illicitum est ipsi non ieiunio Sacram Communionem ministrare. Quia ob solam necessitatem Eucharistia non ieiunio potest exhiberi. Suar. d. 68. sect. 3. Henric. l. 8. c. 29. Fagund. l. 1. c. 5. n. 4. & 19. Zambran. de Euchar. c. 3. d. 5. n. 4. Et patet ex Concilio Carthaginensi 3. c. 29. 48. & ex Toletano 7. c. 2.

⁴
Qui sex, vel octo diebus priusquam in mortis periculum incidisset, communicauit, non obligatur iterum Eucharistiam per modum Viatici recipere. (quamuis id ei esset consulendum.) Quia præceptum de Eucharistia ante mortem sumenda secundum substantiam tantum impluit: eo quod unusquisque in suis actionibus censetur habere intentionem virtutalem suscipiendi omnem obligationem, quam potest, & debet, licet fortasse eam ignoret. Rich. ard. in 4. dist. 12. a. 6. q. 1. Durand. dist. 9. q. 2. a. 2. Sotus dist. 12. q. 1. a. 1. Laym. l. 5. tr. 4. c. 5. n. 4. Suar. d. 69. sect. 3.

⁵
Verum qui in mortis articulo constitutus Communionem per modum Viatici accepit Perseuerante morbo, & eodem periculo, poterit iterum recipere per modum Viatici, quauis periculo ad

Sect. I. De Precept. III. Recept. Sentent. 55

ad hoc nõ obligetur. Potest in quã, quia mortuus, vel de indiget tanti Sacramenti præsidio, & id læpius ad vincendas occurrentia tentamina, & delinquendi superanda pericula. Non obligatur, quia per vnam communionem fit factis diuino præcepto communicandi in periculo mortis. Sylui. 3. par. 8. o. 8. Henric. lib. 8. cap. 50.

Qui mane valens Eucharistiam sumpsit, & postmodum incidit in mortis periculum, potest iterum non ieiunus per modum Viaticum communicare, iuxta sententiam receptissimam illorum, qui asserunt, non satisfieri præcepto diuino per communionem ante mortis articulum licet paulo ante factam. Quia præceptum communicandi in articulo mortis, cui non est satisfactum Communione ante periculum id facta, est diuinum & maioris ponderis, quàm prohibitio Ecclesiastica non communicandi eodem die nisi semel & ieiunus. Galpar. Hurtado de Enchar. dub. 10. diff. 2. Bressler. de conscient. l. 3. c. 8. num. 100. Diana p. 4. tract. 4. resol. 197 & plures grauissimi viri Academiae Comptentis.



CAPVT II.

De præcepti Ecclesiastici annuæ Communionis obligatione.

Postquam fideles ad annos discretionis peruenierint tenentur Ecclesiastico præcepto parere præscripti, ut annis singulis Eucharistiæ Sacramentum in Paschate suscipiant. cap. Omnis Eucharistia. n. v. r. u. s. q. u. e. de panis & remis. Nisi fortissimè de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi sit perceptione abstinendum. Omnes Sic.

Non statim ac homo habet rationis vsum, quo est lethalis piaculi capax & obligationis qui tenetur consentienti, Paschalis communionis lege obligatur, sed per aliquod tempus, vel etiam per aliquot annos potest ad consentiendum, primum quam ad communicandum obligari. Quia magnum est inter Sacramentum vtrumque discrimen: Confessio enim magis est necessaria, & hoc ex capite debet anticipari: Eucharistia vero est longe dignior, id quæ ad illius vsum maturior ætas est expectanda, ut possit suscipiens conuenienti dispositione accedere, & grauiori iudicii pondere, inter hunc cœlestem, aliisque communes cibos discernere. Conueniunt Doctores.

Profectio in qua ætate obliget communio- nis Paschalis præceptum, non potest generatim per ætates, seu annorum numerum definiti. Vnde determinatio ex Confessarij iudicio pædet, qui quidem præmissis examine, puerorũ discretionis documentum capiet. Nauar. sum. c. 21. num. 17. Tolet. lib. 6. cap. 18. num. 2. Tanner. 3. par. d. 8. qu. 8. dub. 6. num. 11. Fagund. præc. 3. lib. 1. cap. 5. num. 21. Diana part. 3. tract. 6. resol. 70. Suar. tom. 3. dub. 70. sect. 1. & tom. 4. dub. 36.

sect. 2. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 30. quæst. 10.

Nomine Paschatis Ecclesiastica consuetudo declarauit ex decreto Eugenij IV. comprehendendi quindecim dies à Palmarum Dominica ad Dominicam in Albis inclusiue. Quæst. intelligenda tamen in locis consuetudine, aut Pontificis privilegio hoc tempus productum est, ut Dominica vel integram Quadragesimam complectatur, Palmarum vel quatuor hebdomadas, duas ante, & duas ad Dominicam post Resurrectionis solemne, seruandus circa eam in Al- hoc vltas cuiusque Diocesis legitime præferri- bis. ptus. Episcopi enim iuxta mentem præfati cap. Omnis vtriusque sexus. ob aliquas rationabiles causas poterunt tempus Paschale ad huius præcepti impletionem producere. Nauar. sum. c. 21. n. 45. Syluest. v. Eucharistia 3. Henric. l. 8. cap. 55. Fagund. præc. 3. lib. 1. cap. 5. num. 3. Filliuc. tract. 4. num. 55. Bonac. tom. 1. dub. 4. quæstion. 7. punct. 2. numer. 6. Suar. in 3. par. 2. m. 3. dub. 70. sect. 2.

Qui Paschali tempore seu iusta seu iniusta de causa Sacram Communionem accipere prætermisit, postea quam primum commodè possit communicare debet: & quanto diutius differt, tantum magis peccatum adauget. Quia præceptum affirmatiuum de communicando in Paschate, tacitam negationem continet, ne vltra Pascha communio differatur: & terminus annuus conceditur, ut tunc esset obligatio, sed ut adimpletio non possit vltius differri: sicut in contradibus, quando statuitur tempus vltra quod non potest differri solutio, si tunc nõ fiat obligatio non extinguitur, sed perseverat. Et quia præcipua Ecclesiæ intentio est, obligare fideles ad communionem singulis annis sumendam, secundariò determinat tempus Paschale. At si quod secundarium est, negligatur, aut exequi ne possit, quod principale est, debet impleri. Suar. dub. 70. sect. 2. & 10. 4. dub. 36. sect. 3. num. 3. Sylui. in 3. par. quæst. 80. articulo. 1. quæst. 4. Fagund. præc. 3. lib. 1. cap. 6. num. 2. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 30. quæst. 5. Laym. lib. 5. m. 4. cap. 5. numer. 8. Nauar. cap. 21. numer. 45.



CAPVT III.

De loco ubi Eucharistia Paschali tempore ad præcepti impletionem, sit accipienda.

STANDO in iure communi Canonico, soli Parocho ex officio competit Eucharistiam ouibus est in propria Parochia communicare. Et ideo ad propriam Parochiam accedere oportet, aut ad alienam aut alibi de proprij tamen Parochi facultate. Quia sicut Parochus potest dare licentiam suis Parochianis ut alia Sacramenta, verbi gratia, Matrimonij, Confessionis Extremæ vñtionis ab aliis accipiant, ita etiam potest

SCORAR
col: Mer.
XIV II
E. IV

potest illam ad Eucharistiam recipiendam impertire. *cap. Omnes utriusque sexus.* Porro in *Clement. Religiosi, de privileg.* excommunicantur Religiosi Eucharistiam, Extremam Vñtionem ministrantes, vel Matrimonium solemnizantes sine Parochi licentia speciali, vel generali, & excommunicatio hæc est Summo Pontifici reservata. *Navarr. cap. 21. numer. 45. Theoph. in Parochiali, part. 4. artic. 3. Henriquez lib. 8. cap. 5. numer. 1. litter. B. Fagundez præcept. 3. lib. 1. cap. 5. numer. 5. Manuel. tom. 1. q. 9. regul. quæst. 56. art. 3. Miranda tom. 1. quæst. 42. artic. 1.*

13 *Religiosi Mendicantes amplissimam ad ministrandam Eucharistiam extra Paschale tempus.* Profectò amplissima sunt à Summis Pontificibus Religiosis Mendicantibus privilegia, ut Eucharistiam ministrare valeant. *Legendus Manuel. tom. 1. q. 9. regul. quæst. 56. art. 3. & Compendium privileg. verb. Communicare, numer. 4. & 9.* An vero Sacerdos Regularis Paschali tempore valeat sæcularibus ministrare Eucharistiam, ut præceptum annuæ Communionis adimpleat, per *Dubium sect. 2.* est discutendum.

14 *Peregrini, viatores, & vagi possunt tempore Paschali in Ecclesiis Regularium præcepto huic satisfacere.* Peregrini, viatores, vagi, & ij, qui extra Parochiam suam ad certum tempus, vel domicilium habent, vel commorantur item ij, qui in ipso Paschalis tempore in aliena Parochia degentes ad suam accedere commodè nequeunt, possunt Eucharistiam in Ecclesiis Regularium accipere. Quia exceptio diei Paschalis appositæ in *Clement. 1. de privileg.* fuit in fauorem Parochorum introducta, & ut saltem eo tempore omnes Parochiani ad suam Parochiam confluerent: in casu nostro nulla Parochis iniuria irrogatur, cum huiusmodi peregrini, viatores, vagi sui Parochiani non sint, & propria parochia eo in Oppido careant: unde Religiosi censentur proprii Parochi ex tacita licentia ministrare. Nec obstat, *Eugenium IV.* decrevisse, huiusmodi vagos, viatores, & peregrinos adipisci incolatum ad Sacramenta Cõfessionis, & Communionis tempore Paschalis, licet ibi tempore modico steterint. Quia hoc fuit concessum in fauorem peregrinorum ad tollendos eorum scrupulos, non tamen eos obligavit, ut alienis Parochiis subicerentur, sed eos iuris communis dispositioni reliquit. *Sanchez libr. 3. de matrim. d. 23. num. 17. Manuel. tom. 1. q. 9. regul. quæst. 56. art. 6. Portel. in dub. Regul. verb. Sacramentorum administratio, numer. 6. Fagundez præcept. 3. lib. 1. cap. 8. numer. 5. Suar. in 3. part. tom. 3. d. 72. sect. 2. Henriquez libr. 8. cap. 5. numer. 1. litter. G. Caiet. verb. Absolutio. Diana part. 3. tractat. 2. res. solut. 12.*


15 *Servi Religioforum.* Servi Religioforum, qui in Monasteriis non degunt, aliisve locis à cura Parochorum qui in Monasteriis non propria Parochia Eucharistiam suscipere, ex declaratione Cardinalium tempore Gregorij XIII. *beni in Pa-* Secus dixerim de servis degentibus in huiusmodi locis exemptis, & qui sunt ex familia *municare.* Religioforum continuique commensales: possunt enim in iis locis Eucharistiam sumere, *Aliter dicendum de-* confiteri, & Extremam Vñtionem recipere *servis, qui absque licentia, & approbatione Episcopi, aut in Mona-* Parochi: sicut ibi possunt inconsulto Parocho *sterio habi-* sepeliri. Idem assero ex sententia Portelli *tant.* *tandi,* de famulo coniugato, qui noctu extra

Conuentum dormit: huic enim poterunt eadem Sacramenta intra Conuentum ministrari. Quia est commensalis continuus. Ex concessione Clementis IV. & Sixti IV. pro Benedictinis, & confirmatur à Tridentino *sess. 24. cap. 11.* respectu illorum sic seruientium; ubi etiam à iurisdictione Ordinarij eximuntur. *Compendium privileg. Mendicant. verb. Familiares fratrum. Manuel. tom. 2. q. 9. regul. quæst. 68. art. 1. & 2. Bullarium post Bullas Gregor. XIII. Portel. verb. Sacramentorum administratio, numer. 9. Diana part. 3. tractat. 2. res. solut. 12. Sa ver. Eucharistia, numer. 9. Sanchez de matrim. lib. 3. d. 23. numer. 12. Lezana sum. tom. 2. c. 16. n. 15.* asserens nouissimè præfata privilegia non esse reuocata.

16 *Qui communionem sumeret in Cathedrali Ecclesia sine proprii Parochi facultate, vel licentia Episcopi præcepto Ecclesiæ de Eucharistia in Paschate percipiendâ à proprio Sacerdote non satisfaceret. Quia nullo iure probatur Ecclesiam Cathedralē esse totius Diocesis esse communem. Unde Archiepiscopus, & Parochus Cathedralis Ecclesiæ possunt solummodo Sacramenta in sua Parochia ministrare.* *Sanch. de matr. l. 3. d. 23. nu. 17. & d. 27. n. 7.*

17 *Attamen quando Archiepiscopus byteratus est quædam præbenda, cui ex officio esset annexum, confessiones omnium Diocesis illius audire, tunc esset proprius Sacerdos, & ordinarius in tota illa, unde posset ministrare Eucharistiam in Paschate omnibus ad Cathedralē confluentibus.* *Paludan. in 4. dist. 17. quæst. 4. art. 2. cap. 4. D. Antonin. part. 3. tit. 17. cap. 5. Syl. Diocesis uest. v. Confessor 1. q. 4. Tabien. verb. Absolutio 1. Confessus numer. 29.*

18 *Quamvis autem accipientes Eucharistiam manu alterius, ut sunt laici, aut Clerici non Presbyteri teneantur in Parochia Paschali tempore ad præcepti impletionem communicare: Sacerdotes tamen celebrantes etiam sæculares non tenentur. Quia ita est consuetudine receptum.* *Naldus sum. v. Eucharistia, n. 5. communicare.*



CAPVT IV.

De aliis ad Præcepti huius impletionem necessariò ediscendis.



19 *Vi tempore Paschalis Eucharistiam accipit in mortali existens, quamvis sine fructu suscipit, & implet, licet grane perpetrat sacrilegium, satisfaciunt tamen ecclesiæ præcepto. Quia substantiam adimplet præcepti, quo actualis communicatio præcipitur, quamvis non adimpleat modum, quo dignè est sumenda: modus enim sub præcepto non cadit, quoties non est de intrinseca præcepti actus ratione. Unde indigne communicans non præcipitur à Confessario iterum ad Eucharistiam digne accedere.* *Suar. tom. 3.*

Seet. I. De Præcept. III. Recept. Sentent. 57

tom. 3. d. 70. session. 3. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 41. quæst. 12. Manuel. cap. 54. numer. 5. Diana part. 3. tractat. 4. resol. 45. Fagund. præcept. 3. lib. 1. cap. 6. num. 4. Reginald lib. 29. numer. 87.

Attamen quamvis ille communicans indigne tenetur quæ præcepto Ecclesie satisfaciat, tenetur diligere communicare ad præcepto divino satisfacendum. Quia cum præceptum Ecclesiasticum præcepti cum de annua communione sit præcepti divini determination, & hinc per sacrilegam communionem non satisfacit, tenetur ad satisfaciendum præcepto divino condigne communicare, non quidem statim; quia hoc non obligat ad certum diem, sed poterit per communionem Ecclesiasticam anni sequentis hoc præceptum implere. Quia inter ultimam communionem, & sequentem Paschatis, intercedit annus, intra quem communicans divino præcepto poterit satisfacere. Sylo. 1. part. quæst. 80. art. 1. quæst. 2. Nugnus ibi, diff. cult. 3. dub. 4. & alij.

Hinc elicio, eum, qui in peccato communicavit non incurrit censuras, ac penas Ecclesiasticas, quæ assolent non communicantibus imponi. Quia huiusmodi penas non incurritur imponuntur nisi violationis præcepti Ecclesiastici ratione: at qui in peccato communicavit, præcepto Ecclesiastico satisfacit. Omnes sic.

Qui prævidet, se impediendum in Paschate, ut intra illos quindecim dies communicare non possit, non tenetur communionem anticipare sumere. Quia antè prædictum tempus communicandi in præceptum non obligat, sic autem communicatio est annexa Paschali tempori, ut ille, qui anticipat, non tenetur anticipare, adhuc communicare in Paschate tenetur. Suar. tom. 3. d. 70. session. 2. dub. 3. Fil. communis. hinc tractat. 4. num. 59. Bonacin. tom. 1. d. 4. quæst. 7. punct. 2. num. 15. Diana part. 3. tractat. 4. resol. 42. Coninch quæst. 80. art. 1. num. 108. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 41. quæst. 12.

Quamvis (ut innuimus) non potest certa definitio regulæ diffiniri, in qua ætatis instantia incipiat communicare, si sufficiens vltu rationis pollere, ad obligationem præcepti communicandi: quia id pro regulariter varietate educationis, ac ingenij variatur: communiter autem discretio hæc assolet ab anno decimo ad decimum quartum illucescere, & moraliter loquendo, neque antè illum incipit, neque ultra hunc differtur. In dubio autem parentes, & Confessarius ipse de pueri capacitæ indicabunt. Suar. d. 70. session. 1. Bonacin. tom. 1. d. 4. quæst. 7. punct. 2. numer. 1. & 2. Graff. part. 1. lib. 1. cap. 38. num. 15. Valquez part. 3.

d. 114. cap. 4. numer. 40. Reginald. liber. 29. numer. 81.

Pater, tutor, curator, aut herus legaliter delinquent, si notabiliter negligenter procurare, ut sui liberi, pupilli, curatores, & hi minores, aut famuli suæ domi de herus tenentes, & ad communionem obligati, eam procurari tempore suscipiant: præsertim si vult, ut suscipiant, illos non communicatos, nisi a se hi minores, moveantur. Quia hi tenentur suos ad bonos pupilli, ac num. promovere, & sic à peccato reuocare. serui præceptum adimplere. Paulus V. in suo Rit. a. i. limitavit obligationem communicandi amentes, & phreneticos ad eos tantum, qui lucida habent interval- l. 1. & denotionem ostendunt, dum in eo manent & phreneticos. Pontifex expressè ait, eos communicari, qui lucere non licet. b. Sacramenti reuerentiam, circa inter- Attamen Pontifex loquitur tantum de annua nulla habet communionem, non autem de communionem in l. e. admittit periculo mortis, in quo iura, ac Concilia tendunt communionem concedunt, etiam non habentibus actu lucida intervallo, modo ante periculum addit, & nullum irreuerentie periculum addit. nem; alij Bassus verb. Communio, num. 24. minime, nisi

Paschatis tempore habentes imperfectum rationis vltum, ut semifatui, sunt ad Sacramentum communionem admittendi, si nullum irreuerentie periculum addit. Quia hi tenentur præcepto Ecclesiastico, & nullo iure tempore ad Paschate præcepti si illis Eucharistia deneganda. Hen- riquez lib. 8. cap. 1. numer. 1. Bonacin. tom. 1. num. ad d. 4. quæst. 6. punct. 1. num. 7. Possevin. de communione mittitur. si non cap. 8. num. 32. Diana part. 2. tractat. 14. re. nullum irreuerentia

Scio, mutis, ac surdis à natiuitate capere cibum ad cognoscendam peccati lethalis malitiam pro mortis articulo ex receptori sententia, porrigendam esse Eucharistiam, si surdi, ac aliquam indicentur reuerentiam concipere. muti à natiuitate deneganda non est, quia re non re surdis, ac mutis erit deneganda: Ratio in- tio est, quia licet tales homines distinetur moris ar- edoceri, atque intelligere omnia non valeant, sed in- leant, quæ ad Sacramentorum substantiam Paschate concurrunt, sufficit tamen si ad Eucharistiam accedant tanquam ad cibum non pro- fanum, sed spirituale, in animarum sua- rum salutem institutum. De communionem Paschatis possem dubitare: attamen cre- diderim ad eam posse illos admitti. Quia non est certum, quod hi speciali Dei au- xilio adiuti mysterij veritatem per exte- riora signa non agnoscant. Layman. lib. 5. tractat. 4. ap. 4. numer. 5. Bassus verb. Communio, numer. 25.

SCORBAR

col. Mor.

WIVII

E. IV

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto annuæ Communionis Dubia.

CAPVT V.

Circa personas, quæ ad annuæ Communionis præceptum seruandum tenentur.

DVBIUM I.

An pueri statim ac discretionis annos attingerint, obligentur annuæ Communionis præcepto?

18
Non obli-
gantur.



ON obligantur. Quia ad Eucharistiam suscipiendam desideratur discretio, non vulgaris illa, quæ puer delinquere potest, & inter bonum, ac malum discernere: sed specialis, quæ sciat discernere hunc cibum ab aliis, & latentem in eo Maiestatem reuereri. Quæ discretio communiter assolet aduentare à decimo usque ad decimumquartum annum Sic Cardin. Lugo, de Euchar. d. 13. n. 33. Suar. hic, d. 70. section. 1. Coninch. quest. 80. artic. 1. 2. num. 102. Bonacin. d. 4. quest. 7. punct. 2. num. 1. & 3. Granad. tract. 10. d. 4. num. 2. & part. 2. controuers. 7. tract. 3. part. 1. d. 6. num. 57. Diana part. 3. tract. 6. resolut. 70. Trolench. lib. 3. Decalog. cap. 5. dub. 2. num. 2. Dicastill. tract. 4. d. 10. dub. 5. num. 104.

19
Obligantur.

Obligantur quidem statim, ac peccare nouerint. Quia si statim obligantur ad Confessionis annuæ præceptum, simul ad præceptum Communionis annuæ obligantur: in cap. enim *Omnia* utriusque sexus, de penit. utrumque præceptum fidelibus imponitur eodem modo, & absque vlla temporis differentia. Tridentin. sess. 13. can. 9. Si quis negauerit, omnes, & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communionem iuxta præscriptum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Anathema sit. Ita D. Thom. quest. 80. art. 9. ad 3. Paludan. in 4. dist. 12. quest. 1. num. 25. D. Antonin. tom. 3. titul. 14. cap. 12. §. 5. Tabien. verb. Communicare, numer. 3. Sancius in select. d. 26. citans Henriquez, Marcillam, Viualdum, Ledesnam, & non bene Valentiam docentem oppositum.

30
Palao tom. 1. tract. 3. d. 1. punct. 24. §. 2. numer. 7. Sententiam & alij. Fateor equidem. Innocentium præcepisse nos, & ubi in cap. *Omnia*, (quod Tridentinum citatum confirmat) omnes debere Eucharistiam recipere in Paschate, cum ad annos discretionis

peruenerint. Sed cum consuetudo Ecclesiæ sit, quod pueri prius Sacramentum Pœnitentiæ suscipiant, post aliquot verò annos Eucharistiam, Doctores varie quidem verbum illud, Cum ad annos discretionis aduenerint, exponunt. Alij volunt per annos discretionis in præsentem intelligi pubertatis annos, quam sententiam refert, & non impugnatur Viguerius cap. 16. §. 3. vers. 20. sed ab aliis merito reicitur, multi enim pueri ante decimumquartum, imò ante duodecimum annum possunt, ac debent communicare. Alij dicunt, incipere obligationem anno duodecimo, quia ante illud tempus pueri Ecclesiæ præceptis non obligantur. Sic Sotus in 4. dist. 9. art. 1. cuius sententiam Suarius d. 70. section. 1. & Valquez d. 214. cap. 4. impugnant, quia certum est, pueros ante annum duodecimum ad audiendam Missam, & à carnibus abstinendum obligari, quæ sunt Ecclesiastica præcepta. Alij dicunt obligari anno decimo. Sic Caietan. hic, artic. 9. Ego cum Doctoribus primæ sententiæ affirmo, non posse regulam certam præscribi, aliquibus enim citius, aliis tardius usus rationis, discretioque aduentat: discretio, inquam, illa specialis quæ ad hoc Sacramentum suscipiendum requiritur maior utique quàm ad Pœnitentiæ Sacramentum, de qua discretionem locutum esse Innocentium non dubitamus. Vnde hanc sententiam probabilior, ac communior, Sancij, ac Palao venià, esse iudico. Ex Lugo didici.

DVBIUM II.

An Infantes nunc sint capaces fructus Sacramenti Eucharistiæ?

Capaces non sunt. Quia Sacramentum debet recipi voluntariè, ut prodest, & conferat effectum, scilicet per voluntatem propriam in adultis, & per voluntatem Ecclesiæ in paruulis. Cum ergo olim concurreret eiusmodi voluntas Ecclesiæ, quæ Eucharistiam paruulis dabat, poterat Sacramentum fructum aliquem conferre: nunc autem non potest, nam voluntas Ecclesiæ resistit, prohibens dari Eucharistiam eis, qui ad discretionis præfatæ ætatem nondum peruenerunt. Sic Alexand. Paludan. Maior. Petrus Soto, Caietan. & alij apud Valquium d. 212. cap. 2. inclinat Domin. Soto in 4. dist. 2. q. 1. a. 9.

Sunt quidem capaces, recipereque possunt gratiæ augmentum per Eucharistiæ receptionem. Quia id firmat antiquus Ecclesiæ usus ministrandi paruulis Eucharistiam, qui certè usus licitus non fuisset, si in eis non posset suum effectum sortiri: sicut nec liceret dare illam Catechumeno etiam si, sit in gratia propter

Sectio II. Dubia, De Præcepto II. 59

per eandem rationem, nec homini mortuo, aut bruto: quia id esset Sacramentum suo effectu fraudare: supponebant ergo Partes antiqui parvulos huius Sacramenti fructu esse capaces. Ita Valquez citat. Suar. disp. 62. sectio. 4. Cardin. Lugo disp. 13. numer. 10. Diana part. 8. tractat. prim. resolut. 45. & alij communiter.

³³ Hanc sententiam probabiliorē esse reor. ³⁴ Hic assero, cuius rationem à priori reddam. Parvuli c. pa- ³⁵ ces sunt aliorum Sacramentorum, ad quorum effectum magis videbatur rationis usus requiri, quam ad Eucharistiam. Matrimonij capaces non sunt, eius enim materia est contractus humanus, qui absque rationis usu fieri non potest. Extremam Vnctionem non possunt accipere, nondum enim potēte peccata committere, ad quorum reliquias tollendas illud Sacramentum ordinatur. Nec poenitentiam, quæ non est innocentie, sed malicie medicamen. Alia vero Sacramenta accipere possunt valide: ergo & hoc, quod ad nutritionem & augmentum gratie ordinatur, ad quod solum supponitur generatio, ac vita spiritualis, quæ data fuit per Baptismum. Ad hoc autem nil obstat Ecclesiæ prohibitio, quæ solum est, ne aliquis ministrat parvulo Eucharistiam: non verò quod non conferat, supposita illa illicita actione, seu effectu. Sic Lugo.

DVBIVM III.

An pueri, qui peccare possunt, & aliunde Eucharistiam nunquam receperunt, quia ad specialem præstam discretionem non pervenire; danda sit pro viatico, si in mortis periculo existant?

³⁴ Danda non est. Quia sicut Ecclesia non ³⁵ obligat ad Communionem annuam pueros etiam doli capaces, nisi speciali discretionem agnoscat differentiam huius cibi ab aliis: sic nec Christus Dominus eos obligat præcepto divini: dum enim non sciunt hunc cibum discernere, perinde se habent, ac infantes in ordine ad hoc præceptum: atque idē sicut Christus non obligat infantes, ita nec eos pueros obligat: præsertim quia dum sunt in hoc statu non discernendi hunc cibum, non possunt peccare contra hoc Sacramentum, illud indignè recipiendo, nec mereri possunt dignè communicando. Inutiliter ergo eis Eucharistia ut viaticum, conferetur. Sic Valquez dub. 214. capit. 4. numer. 43. alios citans.

³⁵ Danda quidem est. Quia Ecclesia suo præcepto solum determinavit tempus illud recipiendi Eucharistiam, quod ex divino præcepto indeterminatum erat. Cum ergo articulus mortis non esset ex divino præcepto indeterminatus, non erat, cur Ecclesia aliquid quoad illum determinaret, sed debuit illum omnino relinquere prout ex divino præcepto habebatur. Unde licet quoad communionem annuam Ecclesia non censetur omnes pueros includisse, sed cum latitudine ad Confessarij arbi-

trium: quoad articulum tamen mortis non habemus fundamentum ad eam latitudinem concedendam. Ita Suar. disp. 70. sectio. 1. Layman tom. 2. tract. 1. a. cap. 2. in fine. dandam esse. Lugo. de Eucharist. dub. 13. numer. 47. Henriquez lib. 8. capit. 46. Legendus Petr. Dicastillo dissutat. 10. dubio 5. numero 111.

Cum his opinor indicans Petr. Valquez argumentum non vrigere. Supponit enim ut certum id, quod nec firmum, nec verum esse videtur, scilicet puerum obligari Ecclesiæ præcepto, ubi primum distinguere potest inter Eucharistiam, & alios cibos. Hoc, inquam, constat esse contra experientiam, & praxim: unusquisque enim scit, se multo antequam Eucharistiam acciperet, differentiam inter Eucharistiam, & alios cibos agnovisse. An non antequam Eucharistiam accipiant pueri doli capaces obligantur præcepto Sacramentis f. flo audiendi? Quis dubitet? Igitur sciunt saltem in consilio, quid sit Missa, alioquin non possent eam humano modo audire. Ego non obligat Ecclesiæ præceptum cum eo rigore, ubi primum puer in ordine ad hoc Sacramentum ab aliis cibis discernendum, differt ab infante. Unde potest contingere, quod aliquis obligetur iam præcepto divino ad Viaticum accipiendam, antequam obligetur Ecclesiæ præcepto ad annuam Communionem: Cum Suar. resolut.

DVBIVM IV.

An possit dari ut Viaticum Eucharistia pueris, quando de eorum capacitate dubitatur?

³⁷ Non potest dari. Quia si danda esset Eucharistia eiusmodi pueris, maxime propter obligationem accipienti Viaticum in articulo mortis: sed hæc obligatio non habet, si, de quibus dubitatur, nū ad vltimū rationis sufficientem pervenerint: sicut qui dubitat, an explevit vigesimum primum annum, non obligatur lege ieiunij: nam tunc non est possessio pro præcepto, sed pro libertate, ut docet Sanchez lib. 2. de matrimon. d. 41. num. 48. Sic Valquez à fortiori dub. 214. capit. 4. numer. 41. & 43.

³⁸ Dari potest, in d. danda est. Quia non videtur esse maior prohibitio Ecclesiæ dandi Eucharistiam parvulis non habentibus vltimū rationis, quam sit obligatio ex iure divino non dandi extremam Vnctionem eisdem: siquidem hæc est de iure divino proveniens ex ipsa institutione Sacramenti: illa vero de iure humano accidentaliter introducta. Et tamen quando dubium est de puero, an sit iam doli capax, sicut datur Sacramentum Poenitentiae sic etiam datur Extrema Vnctio sub conditione, ut Diana docet part. 1. tractat. 4. resolut. 169. Et magnum fundamentum habet in Rituali Roman. Pauli V. in quo aperte dicitur, dandam esse Vnctionem sub conditione illi, de quo dubitatur, an sit vivus, vel mortuus: unde à fortiori

SCOBAR
col. Mor.
STIVII
E. IV
G

fortiori videtur danda etiam sub conditione eiusmodi pueris, cum non minus sit incapax illius Sacramenti homo mortuus, quam paruulus doli incapax nec minus. prohibitum sit vngere mortuos, quam eiusmodi paruulos. Similiter ergo licet Ecclesiæ prohibitione danda non sit Eucharistia pueris ante rationis vltim, non tamen erit neganda in dubio, mortis in articulo: cur enim magis strictè interpretabimur eam prohibitionem humanam, quam alias similes diuinas circa alia Sacramenta? Ita Lugo. *de Eucharistia*. d. 13. numer. 43. Henriquez *lib. 8. cap. 42. sine*. Leand. *par. 2. tr. 7. quest. 8.*

39
Auctoris
resolutio.

Ego autem existimo non esse obligationem dandi Eucharistiam eiusmodi pueris, dubio illo stante. Quia quandiu non constat, aliquem esse lege comprehensum, in eo dubio ad obseruandam legem non obligatur. Cum ergo de capacitate puerorum dubitetur, & per consequens an comprehendantur præcepto diuino, quod solum fertur ad doli capaces: consequens est, vt non sit obligatio ex vi præcepti diuini Eucharistiam eis eo in dubio ministrandi. An verò possit eis dari, non video ad id negandum sufficiens fundamentum. Prohibitio enim dandi eam paruulis fundatur ferè in consuetudine explicata in Rubricis Ritualis Romani: in quibus tamen non aliter ea prohibitio explicatur circa Eucharistiam, quam circa Eucharistiam, quam circa Extremam Vnctionem: & aliunde non est maioris necessitatis Sacramentum Extremæ Vnctionis, sed minoris, quam Eucharistia. Sicut ergo prohibitio Extremæ Vnctionis non habet locum in casu dubio de pueri capacitate, cur non dicemus huc ipsum de Eucharistiæ prohibitione? Præsertim cum eisdem verbis vtrique prohibitio in Rituali proponatur, scilicet quod iis, qui capaces non sint, conferatur.

D V B I V M V.

An Summus Pontifex teneatur præceptum Communionis annua obseruare sub lethali periculo?

40
Non tene-
tur.

Non tenetur. Quia supremus Princeps suis legibus non obligatur. *leg. Princeps, ff. de legibus*. Et quia lex Pontificia successores obligare non potest, Regu. Par in parem non habet imperium *cap. Innotuisti, de electio*. Sic Ioann. Andr. & Felin. apud Fagundez *citandum*. Nauarr. *ad cap. Placuit, de penit. dist. 5. numer. 32.* vbi idè fundamento probat, quod Summus Pontifex iuxta communem Theologorum sententiam superior sit generali Concilio, vnde necesse est, vt huic legi de annua Eucharistiæ receptione non sit subiectus, cum ea lata fuerit in generali Concilio Lateranensi, ex quo deductum fuit *cap. Omnis vtriusque, de penit.* vbi huiusmodi lex continetur. Richard. *in 4. dist. 17. quest. 4. art. 2. ad 3.* & Scot. *ibid. q. 1. art. 1.* docentes non teneri Papam sub lethali ad hanc legem, sed solum sub congruitate quadam morali, & honestate, ac proinde sub veniali solummodo.

Tenetur quoad vim directiuam, non verò quoad penas, ac vim coactiuam: idècoque lethali ter delinquet, si præceptum non seruauerit, non tamen incurret excommunicationem, aut ecclesiastica sepultura priuabitur, nec contra eum sententia feretur de incurfione delicti. Quia naturalis ratio postulat, vt caput corpori suo conformetur: nam sicut reliqui Principes seculares sub hac conditione à principio iurisdictionem à populo acceperunt, & potestatem leges condendi, vt ad illas quoad vim directiuam tenerentur: sic Pontifex veluti sub hac conditione immediatè à Christo Domino accepit potestatem leges Ecclesiasticas condendi, vt ad illas quoad directionem teneretur, non quoad coactionem. Ita Suar. *tom. 4. d. 16. sect. 2. nu. 5.* Azor. *p. 1. d. 7. c. 40. q. 11.* Couar. *ad cap. Alma mater p. 1. §. 1. m. 5.* Et omnes, qui in materia de legibus, tenent Principes obligari legibus à se conditis quoad directionem. Hi sunt D. Thom. *1. 2. q. 96. a. 5. ad 3.* Victor. *in relect. 3. m. 21.* Sotus *l. 1. de iust. qu. 6. art. 7.* Menchaca *illu. fr. qq. c. 45.*

Longè hoc verius. Nam annuæ Communionis lex est generalis, & quādo Principes legem generalem ferunt totum populum comprehendentem, ad eam obligantur, quamuis ad penam illius non obligentur. Quando enim legis materia est generalis totum populum comprehendens, comprehendit etiam caput populi: quando vero materia legis non est ita generalis, sed specialis, vt non totum populum, sed partem illius comprehendat, & obliget, tunc quidem ad eam Principes non obligatur, neque quoad vim directiuam, nec quoad coactiuam. Exemplum subiicio. Si lex esset, de non ferendis noctu armis, de non vtendo serico, vel puerorum satellitio: Principes non obligabuntur, nam materia specialis illius illum non comprehendit: indecens enim est, & minimè conueniens statui Principis inermem serico non indutū, vel satellitio non stipatum incedere. Quamobrem cum materia legis annuæ Communionis omnem fidelium populum comprehendat, ex iure quodam naturali videtur etiam comprehendere Summum Præfulem, qui est Caput illius. Hinc patet, Sacerdotes etiam ad hanc legem seruandam obligari. Sed sufficiet, si in aliqua Missa earum, quas celebrant, intentione huius præcepti seruandi comunicent. Ita Suar.

CAPVT VI.

Circà tempus annuæ Communionis obseruationi deputatum.

QVÆSTIO INCIDENS.

An nomine Paschæ solum de iure dies Dominica Resurrectionis cum duobus sequentibus intelligatur?

RECEPTVM Fabiani Papæ, quod olim obligabat ad ter in anno communicandum, iam nunc obligat ad semel saltem in suppone. Pal

exigente fidelium negligentia, determinare tempus implendi diuinum præceptum, in quo non fuerat tempus determinatum: in hoc autem defecisset Ecclesia, si eum, qui in Paschate non communicauit, liberum reliquisset; multi enim nunc per impotentiam excusarentur: cum ergo diuinum præceptum non respiciat venerationem, ac cultum Paschatis, sed debitam Eucharistiæ frequentiam, hanc debuit Ecclesia primo loco, ac principaliter præcipere, ac infrequentiam prohibere, licet obiter præciperet Paschalis festiuitatis venerationem. Verum in hoc cum secunda sententia, veriori planè, conuenio; sed me in aliquo inibi adiecto dissentire, sequenti Dubio indicabo. Cum Fagundez locutus.

DVBIVM VII.

An in eo, qui in Paschate non communicauit, ita perseverat communicandi post Pascha obligatio, ut ipsa ulterior dilatio semper afferat nouam culpam?

⁵³
Nouam
cul. am af-
fert dilatio.

⁵³ Sæpe vltior dilatio nouam culpam affert. Quia obligatio perseverat exigens statim post Pascha præcepti obseruationem. Sic Suar. de Eucharist. d. 70. section. 2. Coninch. dub. 4. Layman. tractat. 4. capit. 5. numer. 8. & alij, quos citat Diana part. 2. tractat. 4. resolut. 41. Valquez verò tom. 4. question. 90. articul. 2. numer. 6. hoc insurgit argumento: Quia illi, qui in Paschate non communicarunt, excommunicantur, & non possunt à Parochis, ac Confessariis aliis absolui, nisi postea communicent: ergo ideo, quia differendo vltius Communione actu delinquant.

⁵⁴
Non affert
nouam culpam.

⁵⁴ Non semper vltior dilatio nouam culpam affert. Quia contrarium non esset ab his Doctoribus consequenter dictum. Nam si (vt vidimus Dub. 8.) distinguunt illa duo præcepta, quorum alterum communicandi in Paschate amplius non obligat, nec potest observari: solum manet obligatio alterius præcepti communicandi saltem semel in anno; hoc verò non obligat ad communicandum hoc mense potius, quam illo, sed ad communicandum semel hoc anno: Non ergo manet obligatio communicandi statim post Pascha, sed solum communicandi ante anni finem; qui annus, iuxta veriorē sententiam, computatur à principio Ianuarij vsque ad Decembris finem, qui est annus Ecclesiasticus, & profanus, sicut hebdomada computatur à die Dominica vsque ad Sabbathum: quare sicut qui habet obligationem communicandi singulis hebdomadis, sufficit, si intra illos septem dies communicet, quocumque die id faciat: sic qui debet intra annum semel communicare, sufficit, quocumque mense id faciat, quantum est ex vi illius præcepti. Ita Cardin. Lugo de Euch. d. 16.

⁵⁵
Cardinali
meo adha-
reo.

Viro sapientissimo adhæreo. Nec obstat existimo, quod iis, qui non communicant in-

tra Paschatis hebdomadam, soleat alia hebdomada assignari: qua si non communicant, vt excommunicati denunciantur. Vnde arguitur noua culpa ob omissionem communionis esse reos. Certè excommunicatio illa non infligitur ob nouum peccatum, sed propter præteritam Ecclesiastici præcepti transgressionem, quod obligat sub excommunicatione ex ipso Concilio Lateranensi: infligenda tamen postea à Prælati, quam Prælati non vult exequi in eos, qui hebdomada sequenti communicauerint. Ex ipso Card.

DVBIVM VIII.

An qui præuidet sibi futurum impedimentum in Paschate teneatur, tempus ab Ecclesia assignatum præuenire?

⁵⁶
Præuenire non tenetur. Quia nemo obligatur, ad anticipandum actum præceptum, nisi per talem actum possit præcepti obligationi satisfacere: sed per communionem illam anticipatam non satisfacit homo obligationi præcepti: nam si postea tempore Paschatis cessasset impedimentum, quod timebat, adhuc ille deberet legem communicandi in Paschate observare, cum posset, & lex absolute id fieri præcipiat. Ergo non obligatur ex vi illius legis ad præueniendam communionem: sicut nec tenetur ad recitandum hodie officium crastinum, eo quod cras sit impedimentum habiturus. Sic Suar. d. 70. section. 2. Azor. part. 1. lib. 7. cap. vltim. qu. vlt. m. Filliuc. tractat. 4. num. 59. Reginaldus lib. 29. num. 76. Coninch. quest. 80. art. 1. dub. 4. num. 107. Molfes. tractat. 3. capit. 8. numer. 28. & alij.

⁵⁷
Tenetur præuenire. Quia præceptum Eucharistiæ suscipiendæ non limitatur ad tempus Paschæ ad tollendam obligationem: ergo sicut obligat post Pascha, (vt vidimus Dub. 8.) sic obligabit etiam ante illam præuiso futuro impedimento. Deinde quia qui in die festo præuidet, se non posse audire Sacrum hora vndecima, vel duodecima, tenetur tempus anticipare, & audire hora tertia si in ea potest, & in duodecima non potest. Ita Fagund. præcept. 3. l. 1. cap. 6. num. 3. Valq. tom. 4. quest. 90. art. 3. dub. 2. n. 13. Nugn. q. 80. a. 1. diff. 3. Laym. l. 5. tr. 4. c. 5. num. 9. Diana p. 3. tr. 4. resolut. 42. & 69. Lugo de Eucharist. dub. 16. numer. 75. & alij.

⁵⁸
Profectò hæc sententia mihi ex parte placet. Quia in hoc præcepto, (vt vidimus) continentur virtualiter duo præcepta: alterum communicandi semel saltem in anno, alterum communicandi in Paschate; & quidem vt huic satisfiat, non est obligatio anticipandi communionem: sicut qui cras non potest recitare Officiū, vel audire Missam, non tenetur hodie anticipare: imò nec illa anticipatio deseruiret ad satisfaciendum præcepto, sed adhuc cras obligaretur, si cessaret impedimentum. Sic etiam anticipatio Communione non deseruiret, ad satisfaciendum præcepto Communione Paschalis. Cæterū alte

Sectio II. Dubia, De Præcepto III. 63

alterum præceptum communionis annuæ obligat ad præueniendum, sicut qui habet præceptum sub mortali recitandi Officium intra hunc diem, & præceptum sub veniali recitandi tali hora, præuidens impedimentum futurum tali hora, & toto tempore sequenti, obligatur ad præueniendum ex vi obligationis recitandi illa die. Sic ergo præceptum communicandi intra hunc annum obligat ad præueniendum, quando non potest impleri præceptum eo tempore, quo deberet ex vi alterius præcepti Communionis Paschalis. Porro ex parte sententia secunda displicet. Quia non sufficit futurum esse impedimentum in Paschate ad hoc, ut sit obligatio anticipandi Communionem: cum enim hæc obligatio oriatur solum ex præcepto communicandi intra annum, & huic obligationi possit fieri satisfactio communicando duobus, vel tribus post Pascha mensibus dummodo sit ante illius anni finem: non potest esse obligatio anticipandi, nisi forte præuideatur, impedimentum per totum annum duraturum; tunc enim deberet in anni principio obseruari: sicut qui præuidet, se non audietur Missam horis sequentibus, debet ad præceptum obseruandum, eam prima hora exaudire. Adhuc ex Lugo.

DVBIVM IX.

An qui propter futurum impedimentum in Paschate præsum Communionem anticipauit: teneatur postea ablato, vel non secuto impedimento, in Paschate rursus communicare?

⁵⁹ Non tenetur. Quia iam bona fide pro Paschatis debito anticipatè quidem soluit, quæ solutio necessaria erat, & sufficeret, si duraret in Paschate impedimentum, ad præceptum implendum. Ergo non tenetur rursus soluere sicut qui ob imminens impedimentum hora vespertina mane vespere recitauit, non tenetur vespere, impedimento illo non accidente rursus vespere recitare. Sic Diana *part. 2. tractat. 4. resolut. 42.* citans Suarium *tom. 3. in 3. part. d. 7. section. 2.* immerito quidem, nam Petr. Suarez ait, se non audere excusare ab obligatione communicandi in Paschate eum, qui se anticipasset Communionem, si postea nihilominus communicare potest præcepti tempore. Heredia de Sacrament. tract. de Euchar. p. 8. dub. 1. num. 10.

⁶⁰ Tenetur quidem. Quia illa anticipata Communionio facta non fuit ad satisfaciendum præcepto Communionis Paschalis, sed ad satisfaciendum Præcepto annuæ Communionis, cui quidem iam fuit satisfactum, sed illud alterum præceptum adhuc in sua vi manet ad obligandum. Ita Lugo de Eucharist. d. 16. num. 77. Hurtad. lib. d. 10. difficult. 3. Dicastill. tractat. 4. disputat. 10. dub. 5. numero 94. Leander *part. secund. tractat. sept. dub. tert. quest. 31.*

⁶¹ Hanc sententiam credo esse veriorum. Te-
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. P. II.

neret itaque ille qui Communionem anticipauit, sublato impedimento, rursus in Paschate communicare. Per illam enim communionem satisfecit quidem præcepto annuæ Communionis, non autem præcepto communicandi in Paschate. Quemadmodum qui hoc anno ante Quadragesimam communicauit de manu sui Parochi, satisfecit præcepto annuæ Communionis, licet talem intentionem non habuerit; & ad communicandum in Paschate obligatur; quia præcepto illi nondum satisfecit. Me Lugo Cardinal. edocuit.

DVBIVM X.

An qui scienter, vel ignoranter communicauit in Paschate in statu peccati, satisfaciatur Ecclesie præcepto?

⁶² Non satisfaciatur. Quia Ecclesia præcipit semel in anno communicare reuerenter, qui Non satisfaciatur. autem Eucharistiam indignè suscipit, reuerenter minime accedit: ergo præcepto non satisfaciatur. Et quia præceptum hoc est præcepti diuini determinatum: At diuinum præceptum non solum obligat ad recipiendam Eucharistiam, sed ad dignè recipiendam: ergo Ecclesie præceptum debet idem obiectum habere; necesse enim est, ut id, quod determinat aliud, participet eadem prædicata, & sit sub eodem genere cum eo, quod determinatur. Sic Capreol. Adrian. Durand. apud Suarium *tom. 3. dub. 70. section. 3.* Dion. Cisterciens. in d. 17. quatenus dicit, modum charitatis cadere sub præceptis Decalogi. Nugnus de Euchar. *quest. 80. artic. 1. difficult. 2. dub. ultim.* Sylui. hic, artic. 11. *quest. 2.* & alij recentiores.

⁶³ Satisfaciatur. Quia qui indignè communicat, licet lethaliter delinquat agens contra præceptum diuinum imperans, ut homo ad Eucharistiam recipiendam se per poenitentiam probet: verè tamen communicat, & verè recipit Sacramentum. Ergo verè præceptum Ecclesie quoad substantiam adimplet. Ita Sorus *lib. 3. de iust. quest. 3. art. 10.* Azor. *tom. 1. l. 7. c. 30. q. 12.* Valq. *tom. 3. d. 214. c. 4.* Suar. citat. Fagund. *prac. 3. l. 1. c. 6. num. 4.* Lugo de Euchar. d. 16. num. 83. Bonac. d. 4. q. 7. *mund. 1. n. 12.* Filliuc. tract. 4. num. 60. Henric. l. 8. c. 5. m. 3. Sà ver. Eucharistia, numer. 25.

⁶⁴ Hoc probabilius esse putarim. Nam præcepta non obligant ad finem, sed ad substantiam: Hanc sententiam licet Ecclesia intendat in hoc præcepto, tamen eligunt fideles huius Sacramenti Augustissimi fructus percipiant, id tamen, quod præcipit solum firmo est, quod suscipiant Sacramentum. Ergo reuera ille, qui suscipit, præcepto satisfaciatur, licet inutiliter, imò sacrilegè, & cum nouo peccato. Sicut præceptum suscipiendi Confirmationem, vel contrahendi matrimonium obseruari ab eo, qui indignè Sacramenta susceperet: & sicut satisfaciatur præcepto audienti Sacramen ille, qui id ex malo fine, ac peccato

F 2 camino

SCOBAR
col. Mor.
XVIIII
E. IV

caminosè audit. Porro Ecclesia in verbo *Reuerenter*, vel voluit solum in memoriam adducere vnicuique debitum reuerentiæ, quod aliunde obligat: vel præcipere reuerentiam externam. Alioquin non congrueret pœna arcedendi ab Ecclesia transgressores, quam imponit: quomodo enim possent Prælati eam contra indignè communicantes exequi? Denique præceptum diuinum positum, quod obligat ad Communionem non præcipit, quod sumatur in gratia: huic enim præcepto satisfit etiam per Communionem indignam. Scio tamen præceptum diuinum naturale prohibere nos indignè accedere. At Ecclesiæ præceptum determinat solummodo præceptum diuinum positum, non præceptum diuinum naturale, & negatiuum: hoc enim non indiget determinatione, cum sit vniuersale, ac pro semper obliget. Ex Cardin. Lugo doctrina.

DVBIVM XL.

An Ecclesia, qua fideles semel saltem in anno communicare iubet, inuoluet quotidianum Eucharistiæ usum consulendum omnibus esse?

65 *Questionis status.* **D**VM Ecclesia inquit, *Semel in anno* confiteatur suscipiens reuerenter Eucharistiæ, cap. Omnis, videtur fideles sacerrima mensa retrahere: Dum verò addit, *Semel saltem in anno*, innotat suum maternum affectum, quo cupit fideles sæpius communicare, sed eorum indevotioni morem gerere. Questio igitur est: an ex spiritu Ecclesiæ consulendus sit omnibus fidelibus indifferenter vsus quotidianus Eucharistiæ?

66 *Consulendus est omnibus indifferenter.* Omnibus fidelibus indifferenter est consulendus. Quia panis sacerrimus quotidianus appellatur, id est, quotidie accipiendus, vt plures Doctores adducti à nostro Salmerone ro. 9. m. 4. explicant. Et quia Tridentinum sess. 22. c. 6. optat, fideles adstantes in singulis Missis communicare. Vnde Cardinales vol. 4. Decis. Rota asserunt, Tridentinum oblatre Episcopo prohibenti communionem quotidianam omnibus coniugatis, vel præscribenti certos dies, extra quos communicatio non fiat. Et quia Patres quotidianam adstruunt communionem Chryl. tom. 4. hom. 3. ad 1. Timot. Ignoras, quoniam indignè accedere, etiam si semel tantum fiat, te supplicio iradit: dignè verò, etiam si sæpe accedas, salutem inde conquiris. Bonauent. de process. Relig. pro. ess. 7. c. 2. 1. Licet tepide, accedas fiducialiter, confidens de misericordia Dei; quia quo magis æger, magis indiget Medico. Hilar. ad cap. si non sunt. Si non sunt tanta peccata, vt excommunicetur quis, non se debet à medicina corporis, & sanguinis Domini separare. Et quia in primitiua Ecclesia fideles omnes quotidie communicabant. Et quia D. Paulus ait, dispositionem necessariam esse solam à lethalibus puritatem. Et quia Sacerdotes imperfecti laudabiliter quotidie celebrant, cum tamen ad celebrandum eò maior puritas requiratur, quò excellentior

est Sacerdotalis dignitas. Et quia si hodie communicare non expedit: ergo nec post octo dies; tunc enim non erit maior puritas, præcipue cum vna communio digna dignitatem disponit ad alteram. Sic Mazilla Benedictinus apud Compostel. primarius Theologia professor, qui pro sua opinione Memoriale quoddam edidit ad Archiepiscopum Compostellanum, & postea libellum integrum, quem *Additiones ad Memoriale* vocitauit, & Maurus de Valderas eiusdem Ordinis, qui edito Theologico certamine, eandem doctrinam renouauit.


Non est consulendus indifferenter omnibus fidelibus. Quia non expedit omnibus iustis indifferenter, cuiuscumque status sint, ac vitæ quotidiana Communio, nec eis est vilior, licet alioquin non sit illicita. Conueniunt omnes Scholastici Alensis p. 4. a. 4. §. 1. q. 2. Richar. in 4. dist. 12. a. 6. q. 1. Palud. ibi. q. 1. Carthol. q. 5. Albert. dist. 12. a. 27. & 2. Victor. de Eucharist. n. 8. Petr. de Soto lect. 9. de Euchar. vbi coniugatio non permittitur, nisi ad summum semel in hebdomada communicare. Caiet. ibi. durius loquitur etiam cum Sacerdotibus D. Antonin. p. 3. tit. 14. cap. 12. §. 3. iuber tepidos aliquando abstinere, quia nimia familiaritas contemptum parit. Tapia in 3. p. 8. art. 12. Magnus in pref. Syluest. verb. Eucharistia 3. quest. 15. Tabie. verb. Communio, num. 17. Suar. hic, d. 69. sectio 4. Henriq. l. 8. c. 3. Coninch. in præfati. Valent. d. 6. q. 8. pun. 4. & Card. de Lugo latè, & sapientissimè de more, de Euchar. d. 17. a. num. 8. Hic Theologorum consensus, quem ex Angelico Doctore hic, a. 10. confirmabo. (ita vsus ait,) huius Sacramenti duo possunt considerari, vnum ex parte ipsius Sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris, & ideo utile est quotidie ipsum sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. Alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione, ac reuerentia ad hoc Sacramentum accedat: & ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile est, quod quotidie sumat. Vnde Augustinus cum dixisset, Accipe quotidie, vt quotidie tibi prodest, subiungit, sic viuere, vt quotidie merearis accipere. Sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem, vel animæ, non est utile omnibus hominibus, quotidie ad hoc Sacramentum accedere. Profectò hæc communis Scholasticorum sententia firmissima ratione nititur, cuius vis ad duo potissimum capita spectat: primò ad sumentis utilitatem: secundò ad Sacramenti reuerentiam. Nam cum in primis certum sit, effectum Eucharistiæ crescere pro maiori, ac meliori præparatione sumentis, procuranda summo opere est hæc præparatio; est autem optima præparatio ad hunc cibum, sicut ad alios fames quædam, ac spiritualis esuries; nam vt ait D. Augustin. Panis hic interioris hominis esuriem desiderat. Verum apud imperfectos non raro contingere assolet, nimiam frequentiam parere quandam contemptum, ac fastidium communionemque ipsam in consuetudinem corpori admixtam abire; nam vsu ipso pretiosa vilescunt. Secundò attenditur ad ipsius Sacramenti reuerentiam. Nam licet Christus Dominus se totum ad nostram

stram

stram vilitatem effuderit, expedit tamen tanti Domini rationem habere, etiamque, vt par est, reuerenter tractare. Huius ergo reuerentiæ, & decoris causa multa sunt circa hoc Sacramentum, quæ prima facie videntur dispendium afferre nostræ vilitati, licet re vera non afferant. An non illicita est duplex in vna die Communio, quia licet singulæ nouum fructum afferrent, esset tamen quædam species minoris reuerentiæ, passim ad tam Venerabile Sacramentum accedere? An non ob eandem Communiam reuerentiam prohibet Ecclesia Eucharistiæ summptionem infantibus baptizatis, licet hoc non fiat sine aliquo ipsorum dispendio, quibus Eucharistia gratiam ex opere operato auget? An non ob eandem reuerentiam negatur Eucharistia amentibus etiam non perperis, & baptizatis capacibus quidem salutaris effectus, quibus licet in vitæ fine detur pro Viatico, non tamen ante mortem? An non eadem causa ablatas est vsus Calicis laicis, licet alioquin careant maiori fructu, quem ex vtrâque specie habent Theologi dicunt? Igitur vt reuerentia seruetur, oportet immitti recipientis vilitatem: quid si ex quotidiana receptione ob defectum reuerentiæ imminuat vilitas? Ita Doctores citati, quorum placitum carpiunt desumptum expolui.

⁶⁸ Ego quidem verissimam admodum hanc sententiam esse iudicans, non possum non primæ probabilisatem profiteri, cum vt indigne non sumatur, sola à lethalibus munda conscientia requiritur. Illud tamen minimè approbare possum, quod adiicit Marcilla, nempe quod non solum homines, ac mulieres cuiuscumque status, ac conditionis ad communicandum quotidie inducit, sed doceat, eos hac in parte Confessarij iudicium expectare non debere, nec eius monitis, ac consiliis obtemperare, sed eo ipso quod absolutionem Sacramentalem à lethalibus obtinent, vt iure suo, & inuito etiam, ac dissuadente Confessario, ad Communionem accedere. In hoc quidem P. Vincentij de Marcilla opinio se se mihi semper offerret indefensibilem, est enim contra commune omnium Doctorum placitum. Attendendum plane est Confessarij, seu Patris spiritualis consilium, non solum quatenus per Sacramentalem absolutionem iudicet hominem Eucharistia dignum, sed quatenus etiam assignet vnicuique regulam prudentem magis, vel minus frequenter accedendi. Et quidem omnes Theologi superius adducti hoc vel ex receptissima fidelium praxi supponunt, vel expresse docent. Legendi citati, Petr. de Soto, Henriquez alios afferens libr. 8. de Eucharist. cap. 5. Paragraph. secund. & Alfons. Salmer. tom. 9. in Euangel. tractat. 41. qui licet acerrimè fudeat Communionis frequentiam, addit tamen, hoc fieri debere à laicis Sacerdotis arbitrio, modo sit prudens, ac probus. Ratione item probò ex duplici capite, primò ex regula illa generali apud spirituales viros receptissima, quod in rebus ad profectum spiritus pertinentibus debet vnusquisque Patris spiritualis stare consilio, nec suo se arbitrio regere. Quod si in rebus alioquin sanctis locum Ezech. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. P. II.

habet, vt in oratione, ieiunio, penitentia, &c. quanto magis in Eucharistiæ vsu, cuius nimia sumptio aliquid potest habere periculi: & per consequens hic, & nunc est dubium qualis frequentia hinc homini magis expediat, iuxta vitæ statum. Nam (vti Catechismus ait,) non potest vna regula pro omnibus assignari. Certè cap. Omnis viri, que, de panis. cum sermo sit de Communionem annua ex præcepto faciendâ tempore Paschatis, adhuc permittitur differri ex Confessarij consilio. Ergo à fortiori communio non ex præcepto, sed ex deuotione gerenda differri vtiliter poterit aliquando ex eiusdem consilio Confessarij. Id confirmat vsus, ac praxis Sanctorum, de quibus passim legitur, quod prohibiti à Confessariis sæpe à quotidiana communione abstinerebant. Sic narrat P. Ribera de S. Theresia lib. 4. cap. 12. & idem legitur de aliis innumeris, qui sanè Dei spiritu ad obediendum ducebantur. Nam licet Confessarius potest nonnunquam decipi, penitens tamen dum ei obedit, non decipitur. Legi in vita D. Bernardi lib. 1. Diuum cuidam Monacho die solemni præcepisse, vt ab Eucharistia abstinere. Cum autem ille verecundia causa sacram accessisset ad mensam, non potuit cœlestem traicere cibum, donec à Bernardo suæ inobedientiæ veniam obtinuit. Cæterum argumenta primæ sententiæ Eminen tissim. Cardinalis Lugo d. 17. tota sess. 4. apprimè dissoluit.



CAPVT VII.

Circa Ecclesiam, in qua ad Paschatis Communionem recipienda sit Eucharistia.

DVBIVM XII.

An Sufficiat ad præcepti huius impletionem Eucharistiam in Cathedrali Ecclesia suscipere?

⁶⁹ VM constet, Eucharistiam ad huius præcepti satisfactionem, recipiendam Status quæ esse in propria Parochia, licet de licentia Parochi possit in aliena Ecclesia recipi, ad quæstionem adduco, nùm sufficiat, eam lumere in Cathedrali?

⁷⁰ Sufficit quidem. Quia Cathedralis Ecclesia est commune Templum totius Diocesis, in qua residet communis Pastor, qui verè potest omnium illius Diocesis fidelium proprius Sacerdos appellari. Sic Possuin. Piafeci. Barbof. Sà, Gesuald. apud Dianam p. 9. tract. 9. resol. 64. Machad. p. 1. l. 2. p. 4. tr. 7. docum. 1. n. 3. Genuenf. in praxi c. 7. n. 21.

⁷¹ Non sufficit. Quia in cap. Omnis viri, que sexus, de panis. & remiss. præcipiuntur fideles Eucharistiâ in Paschate à proprio Sacerdote recipere. Et vsu receptum est, vt hoc præceptum propria adimpleatur. Ita Bona. de Sac. d. 4. q. 7. male citatus à Machado pro cõtraria sèrètia.

SCOBAR
col: Mor.
XVIIII
FE. IV
6

66. Theologiæ Moralis. Lib. XLIV.

Trull. l. 3. Decal. c. 5. dub. 2. n. 12. Sanch. lib. 3. de matrim. d. 27. num. 2. Bassæus v. Communio, n. 13. Diana citatus.

72 *Idē assero.* Existimo probabilius esse, eum, qui in Ecclesia Cathedrali communicat in Paschate, sine licentia proprii Parochi, vel Episcopi, præcepto huic minimè satisfacere. Nullo enim iure probatur, Ecclesiam Cathedralē esse posse communem totius Diocesis Parochiam.

DVBIVM XIII.

An aduenæ, ac peregrini impliant præceptum annuæ Communions recipientes in Mendicantium Ecclesiis Eucharistiam?

73 *Non implent.* Non implent. Quia dum non est propria Parochia, ac proprius Sacerdos debent peregrini ad Ecclesiam matricem, quæ propria Parochiæ substituit munus, accedere, & à Pastore illius velut à proprio Sacerdote Eucharistiam suscipere: deficiente namque propria Parochia Cathedralis, vel Collegiata, ubi non est Cathedralis substituit. Sic D. Anton. ad c. 1. de sepult. n. 8. Syluest. v. Confessor. l. qu. 1. Victor. de Confess. n. 15.

74 *Implent quidem.* Implent quidem. Quia cum aduenæ, & peregrini Parochiæ careant, ac Parocho, in illis cessat tota ratio prohibitionis, nempe ut saltem tunc dignoscerent omnes, se proprio suo Parocho obedientiam debere. Ita Henric. p. 2. l. 8. c. 5. n. 1. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. a. 2. Manuel 10. l. 99. Regul. q. 56. a. 6. Fagund. præc. 3. l. 1. c. 5. n. 10. Sanch. l. 3. de matr. d. 23. nu. 17. & 18. Portel. v. Sacramentorum administrat. nu. 6. Granad. tr. 12. d. 2. n. 5. Lugo d. 18. n. 51. Diana par. 2. tr. de dubiis Regular. resol. 12.

75 *Longe hoc diderim.* Hanc sententiam longe veriores esse crederem. Nullo enim iure firmari video, Ecclesiam matricem esse propriam aduenarum, seu peregrinorum Parochiam. Vnde assero aduenas, peregrinos, vagabundosque posse Eucharistiam recipere in Ecclesiis Mendicantium non solum tempore Paschali annuæ Communioni assignato, sed etiam in ipso Paschatis die, tam ex deuotione, quam ex obligatione præcepti. Nam cum Parocho, ac Parochia careant, cessat in eis tota prohibitionis ratio.

DVBIVM XIV.

An mendicantes possint, in suis Ecclesiis Eucharistiam secularibus cunctis in Paschate, ad præceptum implendum, ministrare?

76 *Possunt quidem.* Possunt quidem. Quia licet in Mendicantium privilegiis verbum illud apponatur: *Præterquam in die Paschatis*, aliud amplius privilegium sine ulla restrictione concessum fuit à Nicolao V. Monasterio S. Mariæ de Guadalupe Ordinis S. Hieronymi in Hispania datum Romæ 4. Calend. Octobr. anno 1458.

Pontificatus 4. quod refert Manu. tom. 1. qq. Regul. q. 56. art. 1. §. Quantum ad secundum. & Fagund. præc. 3. l. 1. c. 5. num. 1. Quod privilegium licet concessum fuit pro illo solo Monasterio propter concursum, ac deuotionem fidelium ad illum locum: postea tamen Pius IV. ac Pius V. privilegia omnia illius Monasterij extenderrant ad omnia eiusdem Ordinis Monasteria, etiam si non militent in illis eadem causæ, uti probat Manu. citat. q. 55. a. 9. Quare per communicationem privilegiorum videtur iam hæc facultas omnibus Mendicantibus competere. Sic Ludou. Beja p. 4. casu 4. Manuel. ubi supra. Sorbo in comp. priuil. v. Communicare. Ioann. de la Cruz in comp. priuil. l. 2. c. 5. dub. 4. conclus. 3. Ludou. de San. Iuan. q. 8. de Euch. a. 3. dub. 3. & diffie. 3. per totam. probans privilegium concessum à Nicolao V. adhuc suum habere vigorem.

Minimè possunt. Quia cum Privilegium Mendicantium expresse dicat: *Præterquam in die Paschatis*, strictissime est interpretandum, utpote contra ius commune concessum. Ita Diana p. 6. tr. 7. resol. 58. Fagund. præc. 3. l. 1. c. 5. n. 16. Trull. l. 3. Decal. c. 5. dub. 2. n. 8. Nauar. sum. c. 21. n. 52. Henric. l. 8. c. 5. l. iter. B. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. a. 2. Granad. Portel. Sanch. quos affert, ac sequitur Leand. p. 2. tr. 7. d. 3. q. 19.

Profecto primam sententiam non posse securè defendi Fagundez ait, sed eius venia, contrarium affirmo, sufficienti enim probabilitate nititur. Fateor tamen circa illud privilegium duplici me dubitatione additangi. Prima est, quia omnes præfati Auctores, qui illud referunt, dicunt, concessum esse à Nicolao V. anno 1458. quod constat esse manifestè falsum, cum anno illo Summum Pontificatum ageret Pius II. succedens Calixto III. qui Nicolao V. successerat anno 1455. Secunda est, quia si illud privilegium fuisset per Bullam concessum, cur Manuel Rodrig. in Regularium Bullario, ubi alias eiusdem Pontificis Bullas concessit, illius Bullæ memoriam non gesserit? Si autem fuit solum viar vocis concessum oraculo, reuocatum censetur per reuocationem Urbani VIII. qui omnia eiusmodi privilegia viar vocis oraculis concessa reuocauit. Attamen ego primam sententiam eligo si inueniatur per Bullam, vel Breue aliquod privilegium huiusmodi fuisse concessum: non enim video cur non habeat suum adhuc vigorem. Mecum Cardin. Lugo. de Eucharist. d. 18. n. 49. Fagund. dum lege.

DVBIVM XV.

An secularibus, qui iam præceptum annuæ Communions implevere, vel animum illud implendi habent, nondum elapso tempore prescripto: possint Mendicantes, in die Resurrectionis ex deuotione accipiendum ministrare Eucharistiam?

Minimè possunt. Quia Summi Pontifices sæpè excipiunt hunc diem simpliciter, *Nō possint.* vnde

nec Societatis nostræ Patres, qui ad hoc habent privilegia amplissima possunt in suis Ecclesiis absque peccato ministrare Eucharistiam Paschatis ipso die, etiam si ex devotione cum intentione implendi in Ecclesia propria præceptum recipiatur. Sic Nauar. sum. c. 21. m. 51. Azor. l. 7. c. 30. q. 7. Henriq. l. 8. c. 55. n. 1. Trull. l. 3. Decal. c. 5. dub. 2. n. 8. Bonac. de Sacram. d. 4. q. 5. p. 1. n. 12. loquutus de illis, qui nondum adimplevere in propria Parochia præceptum, quamvis de illis qui iam adimpleverunt, contrarium doceat q. 7. p. 1. n. 2. m. 9.


⁸⁰ Possunt quidem. Quia quamvis Resurrectionis dies semper à Pontificibus simpliciter excipitur: tamen illius diei exceptio simpliciter ideo à Pontificibus fit, ut omnes fideles suas Parochias adeant, ad satisfaciendum huic præcepto. Ideoque non erit contra mentem ipsorum ministrari in die Paschatis Eucharistiam ei qui vel iam in propria communicavit Ecclesia, vel postmodum communicandi gerit intentionem. Ita Fagund. præc. 3. l. 1. c. 5. n. 9. Suar. de Euch. d. 7. l. 1. sect. 2. Filiuc. rr. 4. n. 265. Manu. de Communio. cap. 64. num. 1. Ioan. de la Cruz in Epit. lib. 2. cap. 5. dub. 4. concl. 2. Sa verb. Eucharistia, num. 10. Lugo de Euch. d. 18. num. 50. Diana part. 8. rati. 1. resol. 88. Vasq. to. 3. in 3. p. d. 119. c. 3. Coninch de Sacram. q. 82. a. 3. n. 41.

⁸¹ Scio dubitari à Doctoribus quid intelligatur Meum seu per diem Paschatis in privilegiis Mendicantium exceptum. Aliqui enim intelligunt ipsum Resurrectionis diem, extra quem dicant posse, in eo autem non posse Mendicantes dare Eucharistiam petenti. Alij tamen illa verba non intelligunt materialiter, sed formaliter de communione Paschali, quocumque die fiat: nam intentio Pontificum fuit illam communionem Parochis reservare. Si autem sola dies materialis exciperetur, parum prodesset, quia possent omnes die sequenti, in Ecclesiis Regularium præcepto satisfacere. Vnde inferunt ea etiam die Resurrectionis Regulares dare Eucharistiam iis, qui iam in Parochia communicarunt vel postea communicare intendunt. Item non posse dare diebus præcedentibus vel sequentibus iis, qui ea communione volunt satisfacere præcepto annuæ Communionis. Quam sententiam omnino iuxta mentem Pontificum esse non dubito. Addo tamen cum Laymano rr. 4. de Euchar. c. 7. n. 4. in dubio presumi posse, ac debere, eos, qui ad communicandum accedunt die ipso Paschatis, aut aliis assignatis, in Ecclesia Mendicantium, satisfecisse iam, vel habere animum satisfaciendi in sua Parochia, cum non facile sit quispiam ab Altari repellendus, quando cum aliis accedens Eucharistia refici postulat. *



CAPVT VIII.

Circa Ministrum Eucharistiæ, ad implendum annuæ Communionis Præceptum.



QVÆSTIO INCIDENS.

Nūm vi Cruciate possit quis hoc præceptum implere in qualibet Ecclesia communicando è cuiusvis manu Sacerdotis, modo in die ipso Paschatis non fiat?



⁸² OSSE quidem videtur. Quia Bulla concedit facultatem ut valeat quis accipere Eucharistiam, & alia Sacramenta præterquam in die Paschatis. Potest plane.

Dies autem Paschatis pro primo die supponit Ergo si quis velit præceptum annuæ Communionis implere aliquo ante Pascha die à Dominica in Palmis, vel aliquo post diem ipsum Paschæ vsque ad Dominicam in Albis, rite poterit. Sic nonnulli, quos pressis nominibus memorat Lugo Card. de Euchar. d. 18. num. 50. Machad. to. 1. l. 2. p. 4. rr. 7. docnm. 6. n. 6. asserens id esse probabile & securum in praxi, & citans male quidem P. Vasquez to. 3. in 3. p. 129. c. 5. num. 47.

⁸³ Minimè potest. Quia illa verba, Præterquam in die Paschatis non intelligenda sunt materialiter, sed formaliter de communione Paschali, quocumque die fiat à Dominica in Palmis vsque ad Dominicam in Albis inclusivè. Nam intentio Pontificis fuit illam Communionem Parochis reservare. Ita Trull. in Bul. l. 1. §. 3. dub. 7. n. 6. Henriq. l. 7. c. 13. n. 4. lit. O. Sylvest. v. Eucharistia 3. n. 4. Manu. in Bul. §. 5. n. 7. Ludou. de la Cruz in Bul. d. i. c. 6. dub. 6. n. 14. & alij communiter.

⁸⁴ Hoc crediderim ferè certum. Nam Bulla nullatenus concedit facultatem communicandi in qualibet Ecclesia, ad implendum Communionis annuæ præceptum: sed solum concedit facultatem recipiendi Eucharistiam de manu Sacerdotis cuiusvis sine licentia Parochi, etiā Interdicti tēpore, præterquā in die Paschatis, hoc est Paschaliū dierum, qui sunt ad huius præcepti satisfactionem designati. De quo casu loquitur Vasquez. Et miror plane Machadū virū perdoctū ex patrocinio P. Vasquez & Dianæ asseruisse primā sententiā esse probabilem & tutam in praxi, cum illi Auctores nihil circa hanc quæstionem loquantur, & si rationi hæremus, nihil probabilitatis præferre videatur, cum praxis ubique contrarium proclamet.

SCOBAR

col: Mer.

WVIVII

E. IV

6

DVBIVM XVI.

*An Parocho deficiente vel nolente Eucharistiam subditis ministrare ad imple-
dum annuę Confessionis preceptum: Re-
ligiosi possint eam secularibus impetire?*

85
Non pos-
sunt.
Non possunt. Quia licet id gerere valeant,
cum necessitas vrget, v. gr. cum Viaticum
recipere deberet ægrotus, absente aut nolente
Parocho: in nostro casu necessitas non vrget,
nec multum refert, si expectetur Parochus ab-
sens, vel durus emolliatur. Si autem interim
communione aliquis indigeat ad suam spiri-
tualem consolationem, poterit ex deuotione
communicare, & postea de Parochi Eucharis-
tiam ad precepti satisfactionem. Sic Card.
Logo de Euh. dub. 18. numer. 53. Fagund.
prec. 3. libr. 2. capit. 2. numer. 21. Nauar. summ.
capit. 21. numer. 52. & capit. 27. nu-
mer. 107. Syluest. verb. Excommunicatio 7. n. 30.
& 32.

86
Possunt
quidem.
Possunt quidem. Quia absente Parocho,
aut nolente id efficere, rationabiliter censetur
ad esse licentiã à Papa, vel Episcopo præsumptã.
Ita Leand. prec. 3. tr. 7. d. 3. q. 24. Diana p. 10. tr.
11. resol. 31. hanc sententiam iudicat æque esse
probabilem.

87
Idem assero.
Idem ego asserendum existimo. Nam licet
hac necessitas non tantum vrgeat, quantum
necessitas in mortis articulo, sufficenter tamen
vigere iudico, vt licet Eucharistia à Mendi-
cantibus valeat ministrari, quorum privilegia
in casu consolationis maioris Proximo-
rum magis sunt, prudentia adhibita, am-
plianda.

DVBIVM XVII.

*An possint Religiosi in Paschate Eucharistiam
ministrare familiaribus actualiter Religiosis
infernientibus?*

88
Non possunt.
Non possunt. Quia in cap. Omnis viri usque
sexus, de penis. & remis. decernitur, vt
quisquis à Proprio Sacerdote Corpus Domi-
ni in Paschate recipiat: cum igitur sit proprium
Sacerdotem accedendum, eo ipso ad propriam
Parochiam accedere oportet, vel de Parochi
licentiã, in Monasterij, cui inferuiunt illi, Ec-
clesia cõmunicare. Sic Fagund. prec. 3. l. 1. c. 5. n.
5. asserens id Sacram Cardinalium Congrega-
tionem declarasse. p. 4. fol. 151. Manu. to. 1. q. 9. Reg.
q. 56. a. 3. S. v. Eucharistia, n. 9. Bonac. de Sacra.
d. 4. q. 7. pun. 1. n. 10.

89
Possunt qui-
dem.
Possunt plane. Quia id concessere Clemens
IV. Benedictinis. Innocentius VI. & Sixtus IV.
Augustinianis Leo X. Minimis. Ita Sanch. l. 3.
de matr. d. 23. nu. 12. Trull. in Bull. 1. s. 3. dub. 7.
n. ii. Ludouic. q. 8. de Euh. a. 9. dub. 1. Portel. &
Dicastil. quos citat, ac sequitur Leand. p. 2. tr. 7.
d. 3. quæst. 26. Diana p. 9. tr. 9. resol. 36. & p. 10. re-
sol. 30.

90
Hoc proba-
bilis esse
crediderim.
Quis id abneget si verum sit præfata priui-
legia Pontificum extare? Credendum vero est,
quod tot Doctores constanter affirmant. Addi-
derim cum Portel, idem esse dicendum de fa-
mulis coniugatis nocte extra Monasteria
dormientibus, cum hi etiam commen-
sales continui existant. Nec privilegia illa
sine ratione concessa fuisse potest quis sus-
picari, quia Religiosi quibus famuli illi conti-
nuo inferuiunt, eis velut proprij Pastores assi-
stunt, de honesta eorum conuersatione cu-
rantes.